



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

**Parisiis, 1644**

Epistola V. Alexandri Papae II. Synodica Ad Omnes Episcopos. De rebus in  
Concilio Romano gestis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15625**

## EPISTOLA V.

## ALEXANDRI PAPÆ II.

SYNODICA AD OMNES EPISCOPOS.

De rebus in Concilio Romano gestis.

*Alexander episcopus seruus seruorum Dei omnibus episcopis catholicis, cunctoque clero & populo, salutem & apostolicam benedictionem.*

**V**IGILANTIA vniuersalis, &c. Extat infra in Concilio Romano primo.

## EPISTOLA VI.

## ALEXANDRI PAPÆ II.

AD GERVASIVM ARCHIEPISCOPVM RHEMENSEM.

De Cadaloi pseudopontificis vinculis: &amp; de simoniaciis extirpandis.

*Alexander episcopus seruus seruorum Dei carissimo confratri Gervasio Rhemenfi archiepiscopo salutem & apostolicam benedictionem.*

**V**ISIS fraternitatis tuæ literis, euidenter intelleximus, eam matri suæ sanctæ Romanæ ecclesiæ sinceram compassionē exhibere, ipsamque, si facultas daretur, præsentia corporis velle visitare. Et quia sollicitudinem tuam eiusdem prosperitate lætari, quemadmodum de infortunio contristari non dubitamus, annuntiamus tibi, diuina suffragante clementia, Cadaloi præsumptionem extollentem se aduersus apostolicam sedem, tanto amplius ad maiorem sui ignominiam deuenisse: quanto ipse sperauerat altioris superbiæ culmen ascendisse. Siquidem proprii nominis etymologiam euidenter intelligens, ad reparandam pecuniam in periculum capitis sui a fautoribus suis distributam, cuiusdam turris præsidio gemebundus seruatur.

Vnde per misericordiam Dei speramus nullo modo posse euadere, donec quidquid contra sanctum Petrum nequitia sua præsumpsit satisfecerit: digna eius damnatione est. Quod igitur simoniacæ hæreseos pestem, quæ in  
parti-